



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

Cl. Markgraf Woldemar schenkt der Stadt Prenzlau den daselbst beim Prediger-Kloster gelegenen markgräflichen Hof, am 5. September 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

CI. Markgraf Woldemar schenkt der Stadt Breslau den daselbst beim Prediger-Kloster gelegenen markgräflichen Hof, am 5. September 1348.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae et de Landesberch Marchio, sacrique Romani Imperii Archicamerarius, recognoscimus palam presentibus protestantes, quod fidelibus nostris et dilectis Consulibus ac civibus civitatis nostre Premslaw pro diversis obsequiis nobis impensis dedimus et donamus per presentes curiam nostram ibidem in Prentzlaw, sitam prope claustrum predicatorum, cum omni iure, proprietate et libertate dicte curie adiacente, omne impetitione deleta, que nobis aut successoribus nostris aut cuiquam de eadem curia competere posset in futuro. In cuius evidentiam sigillum nostrum grossius presentibus est addactum. Et sunt huius testes generosi Principes Rudolfus et Otto, Duces Saxonie, et Albertus, Comes de Anhalt, nostri dilecti Consanguinei, et nobilis vir Albertus, Comes de Barbey et plures fide digni. Datum Prentzlaw, Anno Domini M^o. CCC^o. XL^o. octavo, proxima feria VI ante Nativitatem Sancte Marie.

Aus einem Copialbuche. Siedt's Gesch. I., Urk.-Abh. S. 182, No. 34.

CII. Markgraf Woldemar überläßt den Zoll zu Breslau an den Bürger Johann Fiol, im Jahre 1348.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis, Lusatiae et de Landesberch Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, omnibus presens scriptum intuentibus volumus fore notum, quod discreti viro Johanni Fiol, nobis presencero civi in Prentzlaw, suisque hereditibus legitimis et veris, nostre pietatis ex motu, contulimus presentibusque conferimus Thelonium, quod teutonice toll dicitur, in predicta civitate Prentzlaw e situm, iusto titulo pheidali hereditarie possidendum pacifice et quiete, omni impetitione ac investatione et indignatione nostrorum Advocatorum vel aliorum nostrum Commisforium quoquomodo gerentium procul mota. Faventes eidem Johanni suisque hereditibus, ut predictum thelonium cum omnibus fructibus et proventibus adiacentibus habeat et convertat ad usum et commodum sue utilitatis, prout sibi melius videbitur expedire. Testes huius facti et collationis sunt magnifici Principes ac Domini Rudolphus, Otto, Duces Saxonie, Albertus, Princeps de Anhalt, Albertus, Comes de Muling, Wernerus de Anvorde, Bernardus de Plotzik, milites, et ceteri quam plures fide digni. Datum Pafewalek, Anno Domini M^o. CCC^o. XLVIII^o., nostro grossius sub sigillo.

Siedt's Gesch. I., Urk.-Abh. S. 183, No. 35.